Quelle: https://manuscripta.at/?ID=908
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



gentes / et promissum suum
ipse qui promisit impleuit.
superatum te in tua obiectio
ne cognosce. si hoc deum pro
misisse non denegas. Con
stantinus augustus dixit. Si
qua sunt alia proferantur
quia ista iuste sunt diffi
nita. Amoto igitur godolya
accessit aunam qui et di
xit. Video iudices tante
seueritatis sua exuperatos
sententia / ut cum innume
rabilibus non possint uin
ci sententiis. Isti uero cum
una uideantur superare
nostris uero non liceat dispu
tationibus ad uicina que
que scripturarum loca pergere
sed semel dictum atque exclu
sum quasi uictorie man
cipatur. Craton et zeno
philus iudices dixerunt.
Omnis obiectio a uobis
sumit exordium. que ob
iectio dum completa fuerit

et superata. oppositorem su
um uacuum ostendit. Quod
si conclusa non fuerit
licebit ei ad defensionem
suam multa milia uer
borum assumere / et ideo
partiri debet ante quam
claudatur obiectio / nam
si conclusa fuerit. ubi
currat locum non habet. Hec
de causa iusticia a iuditio
si exclusa fuerit. etiam se iu
dicem pellit. Ne igitur iu
dicem reum faciat si custo
dit iusticiam. sententia ad
iudicandum emissa diri
gitur. que iure collaudan
da laudet. et iusticia iu
tuperanda uituperet. Vnde si
nos aut iniuste iudi
camus / conuince ut al
teros iudices iustos ac
cipias / aut si conuincere
non potes. iustum est ut si
ne musitatione palmam
ueritati concedas. Aunam